



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Industria X. Agnoscendi Dominum Deum per Signa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

INDVSTRIA X.

Agnosendi Dominum

Deum nostrum per signa.

Decima est, si forte descriptum
 obtutum in picturas, statuas,
 tuas, nomina scripta, impressa,
 representantia, aut significantia
 Dominum DEVM, Sanctos, confestim
 convertentem cum affectu admirationis,
 laudis, amoris, orationis, imitationis
 inveniendum per haec signa Representatum
 aut Significatum; & ipsum est, quod
 potissimum interdidit sancta Mater
 nostra Ecclesia. & ipse DEVS, Pater
 noster, in usu sacrarum Imaginum.

num.

COLLO.

COLLOQVIVM X.

Benedicta sit Sapientia & Charitas tua, O magne DEVS animarum nostrarum. Non suffecit tibi creare nos ad imaginem, & similitudinem tuam, ut te, licet alioquin invisibilem, certo modo oculis fidei in anima nostra intueremur, quasi Prototypon in desumptâ inde effigie; neque satis tibi fuit efficere omnes creaturas materiales, tanquam vestigia, & delineationes perfectionum, & Excellentiaæ tuæ, nisi docuisses quoque (ut nostro cognoscendi modo te accommodares) invenire exter-

nas figuras, picturas, statuas
& signa, quæ per oculos & sensus
nostro intellectui representarent
essentiam & sublimitates
perfectiones Divinæ Majestatis
tuæ, nostramque voluntatem
excitarent ad adorationem,
reverentiam & amorem
perfectiōis tuæ

O mi DEVS! quàm cæcū
quàm brutus animus meus fuit
in aspiciendo hætenus oculis
corporeis signa & figuras, subsi-
stens in contemplando cortice,
ad medullam verò & animam
illarum, Te scilicet principale
Significatum, non penetrans?
Domine, reum meum fateor
de errore isto duplici
dupli-

duplici inquam, partim quia
& sensu nimis animali affectu adhæsi
reprehensa ad externa, quod non debebã;
sublimi partim quia non quæsi, &
e Maiest. ideò non inveni Te primum,
volunt. Principium meum in tuis Ima-
ginationibus, quod tamen facere
debuissim.

Adoro te igitur, ô Summum
Bonum meum! in omnibus ima-
ginationibus tuis, agnoscens Te in
illis quasi primum ac princi-
pale Significatum, desiderans
mediantibus illis, & in ipsis
& ante omni adoratione, reverentiã
& obsequio colere, quò Divi-
nam Maiestatem tuam omnes
servi tui coluerunt, colunt, &
culturi sunt; imò omne obse-
quium

quum deferre, quod ab omnibus creaturis alteri cuiquamque creaturæ deferretur: adoro in super in imaginibus servorum tuorum hos ipsos Electos tuos, & in Electis tuis te Deum meum, michi hanc Deum, in quo semper ultimato cupio terminari reverentiam & amorem meum, tanquam in ultimo summo omnium rerum fine.

Instrue me & adjuva me frequentibus & efficacibus illuminationibus tuis, & da gratiam, ut, sicut propono, practicaliter agnoscam te, & sanctos tuos in visibilibus imaginibus tuis; ut aliquando, postquam in terra te amavi in creaturis

non

non amplius in speculis istis
operum tuorum te videam, sed
intuear, cognoscam, & amem.
Te in teipso, & omnia creata
in tua Essentia, perfectissimo
omnis boni Exemplari. Amen.

PRAXIS PER DIEM.

Praxi haec facilis est. Ince-
dens per urbem, intrans Ec-
clesiam, si ibi videas imagines
DEI Domini nostri, exhibe actum
quendam externum adorationis,
detegendo vel inclinando caput;
quem tamen actum externum ani-
mari oportet alio actu interno, di-
cendo simul, serio cum cordis af-
fectu: Te adoro mi Deus, sis
benedictus: in te credo, spero,

I 4 te

te amo: *Ad imagines Salvato-*
ris dic: Adoramus te Christe
 & Benedicimus tibi, &c. IESVS
 sis mihi IESVS! *Ante imagines*
B. Virginis dic: Aue MARIA.
 Ave Maris stella, Salve Regina
 &c. *Ante imagines Sanctorum,*
dic: Sancte N. ora pro nobis.
In Breviario tuo aut officio fac,
habeas aliquot, imò plures devota
imagines, & si eas ad initium of-
ficii vel psalmi aspexeris, adores il-
licò & preceris Sanctum in illa
representatum. In loco, ubi labo-
ras, vel oras, eodem modo tibi pro-
visum sit, ad colligendum exinde
antè dictum fructum; mulieres
quoque rem bonam prestabunt,
sus pulvinaribus aut telarijs, in
 quibus

quibus labores suos conficiunt. affi-
xam & oculis expositam habeant
devotam aliquam imaginem, ut
facile se Sanctis ibi depictis com-
mendare possint, adorando illos,
varias gratias ab ijs exorando. of-
ferendo per manus illorum DEO
opus aut laborem suum. Denique,
dummodo velis, tot imagines IESV
& MARIE habebis, quot viros,
& quot feminas videbis, & quan-
to nobiliores, ditiores, formosiores,
virtuosiores erunt, tanto magis, ad
vivum, IESUM & MARIAM ex-
primant; quod si igitur videris in-
fantem fascijs involutum aut sinu
matris gestatum, dic: O IESU,
sis benedictus ex illo tempore,
quo jacuisti in sinu praesepj, &

Beatissimæ Virginis Matris
 tuæ, te adoro & amo, &c. Vi-
 dens mulierem aliquam (quam
 tamen ex proposito & curiositate
 non oportet aspicerè) cor tuum ad
 Mariam eleva, & dic: Ave
 MARIA gratiâ plena, ora pro
 nobis sancta Dei genitrix; &
 hic erit commodus modus preven-
 niendi, & in principio statim vin-
 cendi tentationes sensuales.

INDUSTRIA XI.

Seriæ Applicationis sui in
 exercitijs spiritualibus.

Vndecima est, inter orandum
 meditandum, legendum &
 tempore sumenda S. Eucharistia
 aliorumque spiritualium exerciti-
 rum.